Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Psalterium - Cod. St. Peter perg. 98

Diözese Konstanz, [15. Jh.]

Hymnen

urn:nbn:de:bsz:31-27863

Visual Library

tenuatur umbra lucis aurora
rutilans coruscat nisibus totis
rogitemus omnes cuncti potentem
Ut deus noster misertus omnem
pellat languorem tribuat salutem
donet et nobis pietate patris reg
na polorum. Prestet hoc nobis.
℣ Dominus regnavit. Decorem induit
Col' Nox precessit dies autem
appropinquavit abiciamus ergo opera
tenebrarum et induamur arma
lucis: sicut in die honeste ambu
lemus. Deo gratias. ℣ In matu
tinis domine meditabor in te. Quia
fuisti adiutor meus

Pange lingua gloriosi
prelium certaminis et
super crucis trofheum
dic triumphum nobilem
qualiter redemptor
orbis immolatus vic-
erit De parentis prothopl-
asti fraude facta con-
dolens quando pomi-
noxialis morte morsu
corruit ipse lignum
tunc notavit damp-
na ligni ut solveret
Hoc opus nostre salut-
tis ordo deposcerat

multiformis proditor-
is ars ut artē faller-
et et medelam ferret
inde hostis unde lese-
rat Quando venit
ergo sacri plenitudo
temporis missus ē ab
arce patris natus or-
bis conditor ac dev-
entre virginali caro
factus prodiit Vagit
infans inter arta.
conditus presepia m
embra pannis involu-
ta virgo mater alligat

manus pedes atque cru=
ra stricta cingit fascia
Gl'ia et honor deo usqu=
equo altissimo una patri
filioque inclito paraclito cui
laus ē et potestas per eter=
na secula amen

ymnus in laudibus

Lustra sex qui iam per
acta tempus implens
corporis se volente na=
tus ad hoc passioni
deditus agnus in cr=
uce levatur immolan=
dus stipite Hic acetum
fel arundo sputa clavi

lancea ~~fel mundo~~ mite
corpus perforatur sangw
is unda terra pontus [profluit]
astra mundus quo lava
ntur flumine Crux fid
elis inter omnes arbor una
nobilis nulla silva talem
profert fronde flore germ
ine dulce lignum dul
ces clavos dulce pon
dus sustinens Flecte ra
mos arbor alta tensa
laxa viscera et rigor
lentescat ille quem ded
it nativitas ut super
ni membra regis tendas